



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 7. Cajetanus Stampa, & Petrus de Tencin a summo Pontifice Romana  
Purpura decorati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

## §. VII.

*Cajetanus Stampa, & Petrus de Tenzin a summo Pontifice Romana Purpura decorati.*

Cum anno priori Sacrum Purpuratorum Collegium quatuor omnino præstantissimis Cardinalibus orbatum fuisset, summus Pontifex ineuntis hujus anni die vigesima tertia Februarii nova duorum longe meritissimorum Præsulum inauguratione hæc jacturam compensare voluit. Ex his primus erat Cajetanus Comes de Stampa Mediolanensis, Apostolicus ad Rempubli- cam Venetam Nuntius & Archiepiscopus Mediolanensis, Cardinalis Presbyter S. Alexii. Alter erat Petrus Guarin de Tenzin natione Gallus, Embro- dunensis Archiepiscopus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achil- lei. Ceterum jam anno hujus sæculi vigesimo octavo hic Præsul a Jacobo III. Britanniae Regem commendatus erat, ut a Benedicto XIII. Purpuratorum Senatui accenseretur; quoniam vero ob Jansenianum Sanitiensem Episcopum a suæ Diæcesis administratione in Synodo suspensum plurimorum subiisset invidiam, gravibusque molestiis a Parlamento aliisque Sanitiensis Episcopi ami-

Sæc. XVIII. amicis exagitatus fuisset, ipsius inaugurationem Pontifex differendam ces-  
A. C. 1739. fuit, Petrus quoque dilata Apostolicæ  
 sui Zeli præmia patientissime tulit: vi-  
 dicata demum ejus innocentia, age-  
 dique ratione hoc anno ad iteratam  
 jusdem Angliæ Regis, quem vulgo  
*Prætendentem* vocant, petitionem Cla-  
 mens XII. illum promerito honore de-  
 coravit, dictoque Regi concessit, ut  
 ipse prior Abbatem quendam, qui Pe-  
 tro obtentæ dignitatis nuntium refer-  
 ret, Parisios decernere posset, quo pri-  
 mum post aliquot horas Pontifex Cla-  
 rallium Cancellariæ Pontificiæ Carde-  
 nem sælegabat. Attamen dignissimæ  
 hujus Præsulis inauguratio nonnullis  
 permolesta accidit; ac præprimis Jaco-  
 benistæ hujus Viri promotionem in  
 magni terroris omen accepere; præter-  
 quam enim, quod illum capitalem hæ-  
 sectæ ac errorum hostem experti essent,  
 timebant etiam, ne ipse mortuo Fleu-  
 ryo in primum Franciæ Regis Admi-  
 nistrum eligeretur: Insuper quam pri-  
 mum Georgio II. Angliæ Regi nuntia-  
 tum erat, Tencinum approbante Lu-  
 dovico Galliarum Rege, ad nominatio-  
 nem Equitis S. Georgii (ita Jacobum III.  
 Angli vocitabant) Purpuram obtinui-  
 se, mox Waldgravio Anglo apud Fran-  
 ciæ Aulam Oratori injunctum, ut Lu-  
 dovico

dovico Regi exponeret, Galliæ subdi-  
 tum ad Prætendentis preces Purpura  
 decoratum a Galliarum Rege coli, quid  
 aliud id esse, nisi tacite Anglici Regis  
 titulum, quem ipse Eques usurparet,  
 in eo agnoscere, & quidem eo magis,  
 quo expressius hic Cardinalis, dum  
 Ludovicum Regem salutaret, Jacobum  
 Regio titulo honorasset; Britannix igitur  
 Regem hac super re talem depo-  
 scere declarationem, qua conceptæ  
 suspicionis fundamentum penitus tol-  
 leretur, si tamen pristinx amicitix vin-  
 culum Rex Gallix indissolubile vellet:  
 Hæc Orator Anglus Ameloto primario  
 Regni Secretario ad Regem Gallum re-  
 ferenda exposuit: Habebatur desuper  
 in sanctiori Senatu consultatio, tan-  
 demque Amelotus Ludovici Regis no-  
 mine Oratori Anglo respondere jussus  
 est: æquas utique fore querelas, si vel  
 in minimo Angliæ Regis juribus quic-  
 quam hac in re fuisset detractum; rem  
 autem non ita se habere; Equitem  
 enim S. Georgii, dum Præfulem quem-  
 dam ad Purpuram nominaret, eo usum  
 fuisse jure, quod olim Romano - Ca-  
 tholicis (non item Protestantibus) An-  
 gliæ Regibus ab antiquo competeret;  
 hunc ergo, cum Catholicus esset, &  
 Romæ Regiis honoribus frueretur, omni  
 jure quemcunque vellet, proin etiam  
 natio-

Sæc XVIII.  
 A. C. 1739.

Sæc. XVIII. natione Gallum & quidem Embrodunensem Archiepiscopum nominare potuisse, de cetero de re agi, quæ Religionem Catholicam concerneret, nec tamen Franciæ Regem, approbandam ipsius inaugurationem tacite, approbasse titulum a Jacobo assumptum, & que declarare, quod hanc nominationem non aliter respiceret, quam factam ab ejusmodi Principe, qui in unica lege pristina suorum Majorum jura profecutus esset, quemque non nisi sua Religio, & Anglorum statuta a Regni Gallico exclusissent &c. His cum Walgraveus Orator quædam opponere pararet, Amelotus loquentem interrupit his verbis: *Nonne vester Rex Londini titulum Regis Franciæ usurpat, non relictis mantibus Gallis; nec ergo Angli ægererant, si S. Georgii Eques Romæ titulum Regis Angliæ utitur, nec hic nec ille titulus præscriptos transgreditur limites &c.*

Insuperhabita igitur Anglorum oppositione, & Jansenistarum obtreptionibus cum contemptu spretis, Ludovicus XV. Franciæ Rex hunc Cardinalem singularis benevolentiae testificationibus excepit, eique propria sua manu Biretum rubrum imposuit; grato enim animo relegebat insigne beneficium, quod hic idem Cardinalis olim Embrodunensis Episcopus Gallicæ

Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

canæ Ecclesiæ, totique Galliarum Regno per Provinciale Synodum a se habitam Anno 1727. præstitisset: Juvat ergo præcipua illius decreta notatuque magis digna huc adducere: sunt autem, quæ sequuntur:

„Cum fides sit humanæ salutis initium, & fundamentum, ac sine illa impossibile sit placere Deo; primum ac præcipuum Pastoralis sollicitudinis caput est, illam integram illibatamque servare.

„Quoniam igitur simplicitate fidei quidam non ambulantes, Constitutionibus Apostolicis, quibus succrescentes novissimis temporibus errores damnati sunt, palam & aperte refragantur, aut eas subdolis interpretationibus conantur eludere, idcirco de obedientia illis Constitutionibus debita sequentes articulos promulgandos judicavit hæc sancta Synodus.

I. „Constitutio *Unigenitus*, qua centum & una Quesnelli Propositiones damnatæ sunt, cui suffragata est universalis Ecclesia, est dogmaticum, definitivum, & irretractabile judicium illius Ecclesiæ, de qua divino ore dictum est: Portæ inferi non prævalent adversus eam. Si quis igitur eidem Constitutioni corde & animo non acquiescit, aut veram, & sinceram

Hist. Eccles. Tom. LXXVI.

T „ram

Sæc. XVIII. „ram obedientiam non præstat, inter

A. C. 1739. „eos habeatur, qui circa fidem non

„fragaverunt. Quod si nonnulli con-

„sciente contumacia, hæreticorum ve-

„stigiis insistentes, a præfato dogma-

„tico judicio, quo non laudabiles Pa-

„trum sententiæ, non innoxie Catho-

„licarum Scholarum opiniones, ut o-

„lumniantur Novatores, sed in primis

„Baij & Jansenii errores jam dudum

„damnati, iterum damnantur, ad in-

„turum generale Concilium provocati

„præsumperint, hujusmodi provoca-

„tionem noverint esse ipso jure irritam

„scandalosam, schismaticam, jam dam-

„natis erroribus faventem, Sedi Apo-

„stolicæ & Ecclesiæ injuriosam.

„II. „Quoniam autem quidam ex

„rum, per quos oborta sunt memorata

„scandala, præscriptæ ab Alexandro

„VII. formulæ reluctantes diversis con-

„villationibus vim illius eludere conati

„sunt, obtenduntque Ecclesiam necesse

„exigere, ut quisque subscribendo præ-

„fate formulæ juramento profiteatur

„sensum hæreticum in quinque Propo-

„sitionibus ab Innocentio X. damnatum

„contineri in Cornelii Jansenii libro

„ideo non ejusdem Alexandri VII.

„Constitutioni inhærentes, præfata

„illam subscriptionis interpretationem

„declaramus perniciosam, temerariam

„Ecclesie & ejus praxi injuriosam, Sæc. XVIII.  
 „schismaticam, necnon hæreticis & A. C. 1739.  
 „hæresibus faventem, & ut talem re-  
 „jicimus & damnamus.,

III. „Quod spectat ad inquietos il-  
 „los homines, qui non sine gravi Sedis  
 „Apostolicæ injuria, maximoque to-  
 „tius Ecclesie scandalo, docere non  
 „verentur, ad obedientiam præfatis  
 „Constitutionibus Apostolicis debitam,  
 „non requiri, ut quis prædicti Janse-  
 „niani libri sensum in antedictis quin-  
 „que Propositionibus damnatum, inte-  
 „rius ut hæreticum damnet; sed satis  
 „esse, si ea de re obsequiosum, ut vo-  
 „cant, silentium teneatur, doctrinam  
 „illam declarat hæc S. Synodus ab omni  
 „catholico abhorrendam, fallacem,  
 „perniciosam, & perjuriis faventem;  
 „hujus enim doctrinæ pallio non de-  
 „ponitur error, sed absconditur; Ec-  
 „clesie illuditur non paretur; & lata  
 „filiis inobedientiæ via sternitur ad  
 „fovendam silentio hæresim; statuit-  
 „que juxta Constitutionem Clemen-  
 „tis XI. Vineam Domini Sabaoth, obe-  
 „dientiæ, quæ memoratis Apostolicis  
 „Constitutionibus debetur, minime fa-  
 „tisferi, sed damnatum in quinque  
 „præfatis Propositionibus Jansenii libri  
 „sensum, quem illarum verba præfese-  
 „runt, ab omnibus Christifidelibus ut  
 „hæreti-

**Sæc. XVIII.** „hæreticum non ore solum, sed corde  
**A. C. 1739.** „rejici, ac damnari debere; & qui se  
 „cus docuerint, vel quovis modo alle  
 „ruerint, subjacere censuris & pœni  
 „in supradictis Constitutionibus con  
 „tentis. „

IV. „Neminem ad sacros Ordines  
 „promoveant Episcopi, aut ad Consecra  
 „tiones audiendas, & munia Consecra  
 „toris obeunda applicent, vel ad be  
 „neficia possidenda admittant, nisi  
 „prius Constitutionum Innocentii X. &  
 „Alexandri VII. subscriptionem exegerint,  
 „& de præstita Clementis XI. Con  
 „stitutionibus *Vineam Domini* &  
 „*baath*, & *Unigenitus Dei filius*, sincere  
 „ac demissa obedientia certiores facti  
 „fuerint. „

V. „Denique cum Novatores spiritibus  
 „ubique virulentis ac fallacibus bellis  
 „incautos homines ipsosque errantem  
 „tiam, si fieri posset, electos in errorem  
 „suos inducere conentur, eaque præ  
 „valeat iniquitas temporum, ut libere  
 „improbi, quo graviori anathemate se  
 „riuntur, eo curiosius requirantur, &  
 „legantur avidius; ne venenum latius  
 „serpat, & ut a noxiis pascuis Christi  
 „oves arceantur, priorum Conciliorum  
 „vestigiiis inhærens declarat hæc sancta  
 „Synodus, omnes, qui prohibitos libros  
 „seu libellos, & præsertim adversus  
 „præ

„præfatas Constitutiones Apostolicas Sæc. XVIII.  
 „recens vulgatas, tam scriptos quam A. C. 1739.  
 „typis editos, legere, describere aut  
 „apud se retinere ausi fuerint, excom-  
 „municationis vinculo esse ipso facto  
 „innotatos, a qua nisi speciali licentia  
 „(secluso mortis articulo) absolvi  
 „nequeant. „

Hujus Synodi acta non modo Be-  
 nedictus XIII approbavit, ipsumque  
 Archiepiscopum maximis laudibus est  
 prosecutus, sed etiam Ludovicus Fran-  
 ciæ Rex, ut sua quoque auctoritate  
 Regium pondus adjiceret, Regni sui  
 Cardinales, Archiepiscopos & Episco-  
 pos extra ordinem occasione hujus  
 Concilii Parisiis congregari jussit, qui  
 etiam anno sequenti in commendatio-  
 nem hujus Synodi ad Regem dede-  
 runt epistolam prorsus egregiam, ut  
 patet ex hoc illius fragmento: *Pro-*  
*sus a nobis alienum sit, inquiunt hi Præ-*  
*sules, cogitare vel dicere, quod ad feren-*  
*dum vel ad acceptandum judicium in materia*  
*fidei, nec examine, nec discussione, nec li-*  
*bertate nobis opus sit; fundantes tamen nos*  
*in promissione Jesu Christi potius dicimus,*  
*quod post latam a corpore Pastorum sen-*  
*tentiam nunquam fidelibus liceat recusare*  
*submissionem, nec in ea præstanda hæsitare;*  
*quia promissum est, portas inferni præ-*  
*valere non posse; consequenter nec præva-*  
*lebunt*

Sæc. XVIII. A. C. 1729. *lebunt per violentiam, nec per negligentiam  
 nec per seductionem. Frustra obijci-  
 rem non fuisse examinatum (desuisse libe-  
 tatem) & animos in consensum motivo  
 molumenti temporalis pertractos esse. Jhesus  
 Christus & cum corpore Pastorum, ipsi  
 sapientia Patris, simul ac veritas aterni  
 itaque cum ipsis est etiam, in quantum  
 sapientia providendo ipsis de mediis seculi  
 cognoscendi ea, quæ docuit, & simul  
 ipsis est etiam, in quantum est veritas  
 pediendo ne errent. Quando fidelis videt  
 corpus Pastorum cum suo capite unitum  
 mare decisionem pertinentem ad emolumentum  
 fidei & quando videt, hoc venerabile cor-  
 pus, quod loquitur nomine Dei, & habet  
 assistentiam ex alto, exigere submissionem  
 ac præscribere obedientiam, non studet  
 Et quamvis ipsi dicatur; una Pars Episcoporum  
 non tulit sententiam in forma judicij  
 alii non conveniunt in motivo definitionis  
 aliquos ad assensum unice determinavit  
 fallibilitas Papæ; aliorum vero examen  
 insufficiens, aut non est juridicum, timen-  
 dum esse, ne eorum definitio propter ob-  
 scuritatem condemnatarum veritatum con-  
 fusura sit veritatem cum errore; omnes te-  
 men ejusmodi discursus non commovebunt  
 soliditatem ejus fidei, nec infirmabunt eju-  
 confidentiam in promissionibus Jesu Christi  
 videt enim unitatem in corpore Pastorum  
 & videt etiam centrum, in quo uniantur*

in quo sua quoque credulitas fixa quiescit. *Sæc. XVIII.*  
*Scit, huic unitati dictum esse, qui Vos A. C. 1739.*  
*audit, Me audit; non pluribus illi opus*  
*est; non examinat, quomodo fuerit hoc*  
*corporis uniti iudicium; nec disquirit va-*  
*ria motiva, quibus innixi Episcopi suam*  
*ediderunt definitionem; ipsi sufficit, quod*  
*locuti fuerint pro eo, qui suam fidem in*  
*ipforum magisterio fundat; non turbatur*  
*periculis, quæ tanquam consideratione digna*  
*exaggerantur; novit enim, eum, qui Epi-*  
*scopis promisit suam assistentiam in dicendo,*  
*etiam ipsos posse tueri, ac præstare securos,*  
*seque cum illis; suam enim simplicitatem in*  
*se submittendo fore suam securitatem, sicut*  
*promissio Christi Episcopis præstat securi-*  
*tatem.*

S. VIII.

*Alii tres Præfules ab eodem Pontifice*  
*ad sacrum Senatum*  
*assumpti.*

Præter hos duos idem Clemens Pon-  
 tifex hujus anni decima quinta Julii  
 die sacro Purpuratorum Collegio ad-  
 scripsit Manellinum Corium Mediola-  
 nensem, antehac Romanæ Urbis Gu-  
 bernatorem, quem in Consistorio Car-  
 dinalem Diaconum tit. S. Hadriani di-  
 xit. Die autem trigesima Septembris  
 decimam quintam & quidem postremam

T 4                      habuit